

VVOLFFGANGVS HALLERVVS IMPERATORIS SECRETARIVS.



**V**Volffgangus Ratisbonæ honestis parétabus natus, atq; omni genere literarum & uirtutū egregiè institutus fuit. Is cum artium & linguarum fundamenta fœliciter iecisset, se se ad uarias academias contulit, & Iurisprudentiæ magna diligentia operam dedit. Itaq; legum rationes sibi familiares reddidit, atq; ob raram prudentiam & naturalē facūdiam omnibus doctis innotuit. Id cum Carōlus Imperator cognouisset, hunc Vuolffgangum inter curiæ suæ cōsiliarios elegit, atq; suum Secretarium constituit. In eo loco cum degeret, res magnas suæ fidei commissas singulari dexteritate perfecit, atq; cunctis gratissimus extitit. Postea quoq; 1548, cum

Carolus quietem optaret, atq; Imperium electoribus restituere cuperet, hūc Hallerum cum Vuilhelmo Aurantię principe, atq; Georgio Sigismundo Seldo Vicecancellario legatos ad electores ordinauit, & per eos Imperium resignauit, ac pro Ferdinando intercessit. Nec minori uigilantia Vuolffgangus sequenti tempore preclaras functiones plures apud Cesarem gescit, & suis uirtutibus magnam sibi autoritatem compaurauit. Anon.